



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

Titvli Capitvlorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

136 INNOCENTIVS P. VI. CONCILIVM CAROLVS IV. IMP.
PETRV斯 CRVDELIS R. CASTELLÆ.

contenderent, donec sibiipsis perniciem atque interitum inferrent. Tumultibus autem & dissensionibus inualescentibus, regem Cypri senatorem a se factum eodem misit, vt quosdam qui se reipublicæ reformatores vocabant, opprimeret. Cum vero pacem inter Gallos & Anglos omnibus neruis in vanum componere studebat, mortem oppetiit pridie Idus Septembris, anno 1362. cum sedisset annis nouem, mensibus octo, diebus sex. Vir fuit iuris ciuilis & canonici peritissimus, sinceræ vitæ & magnæ constantiæ: beneficia nullis nisi sufficienter doctis contulit. Huius temporibus, inquit Silvius, Ioannes Vviclefus hæresiarcha, quia non potuit consequi episcopatum Vigoriensem, in Anglia sua dogmata euomere cœpit, & composuit plusquam ducenta volumina librorum, quibus præter suos, Marcionis & Manichæorum errores immiscebatur.

CONCILIVM TOLETANVM
AVCTORITATE BLASII ARCHIEPISCOPI
celebratum anno Domini M C C L V.
tempore Innocentii papæ VI.

TITVL CI CAPITVLORVM.

- I. *Quod transgressiones constitutio-
tionum prouincialium non ad
culpam, sed ad pœnam tantum* II. *De constitutionibus Ioannis
obligent transgressores.
legati apostolice sedis.*

P R A E F A T I O.

PATEAT vniuersis, quod nos Blasius miseratione diuina archiepiscopus Toletanus, Hispaniarum primas ac regni Castellæ cancellarius, in Concilio per nos apud Toletum die prima mensis Octobris, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto celebrato, qua prædictum Concilium extitit terminatum, procuratoribus & vicariis episcoporum suffraganeorum nostrorum ac capitulorum ecclesiarum cathedralium nostræ prouinciæ qui voluerunt & potuerunt commode interesse, congregatis, pro animarum nostrorum subditorum salute sacro approbante Concilio cōstitutiones edimus subsequentes.

C API-